



IOannes natus est in oppido superioris Bavariae Abusina, quod vulgò Abensperg dicitur. Anno 436. Patrem habuit Ioannem Thurmaier eius oppidi Pandochem. Se autem Aventinum à loco uocauit, quod eius patria olim Aventinum diceretur. Quàm primum pater filiũ studijs dicasset, breui temporis spacio fundamenta Grammatices deprehendit. Deinde à parentibus Ingolstadium missus est. Ibi cum in Philosophia & liberalibus artibus multum profecisset, consilio præceptorum suorum, atque ex innato erga studia ardore Lutetiam Parisiorum profectus est, quod Gymnasium tum primas in Europa tenebat. Ibi ita se in omnistudiorum genere exercuit, ut septem artium Magister crearetur. præceptores habuit Iacobum Fabrum Stapulensem, & Iodocum Clithoueam, sicut ipse libro sexto annualium fatetur. Postea in Germaniam rediens, anno 1490 Viennam petijt. quo cũ uenisset, priuatis auditoribus libros aliquot Oratorios & Poéticos (quorum rarum erat) prælegit. Inde Ratisbonam profectus est, atq; cum Andrea Bryms per hyemem ægrotus mansit. Postea in patriam ueniens, per annum ibi mansit. Demum rursus Viennam abijt, atq; cum Conrado Celtes, Ioanne Stabio Mathematico, Ioanne Culpiniano, Velociano Pindero, & Ioachimo Vadiano familiariter uixit. Ex eo loco Cracouiam petijt, & Grammaticam Grecam publicè prælegit. Tandem iterum Ingolstadium ueniens, somnium Scipionis, & Rhetoricam ad Herennium circa annum Christi 1498 magna laude professus est. Scripserat demum post bellum Bavaricum Heroicum carmen gratulatorium, ad Albertum ducem Boiorum, atq; in eo honestam literariam functionem petebat. Itaq; Monacum uocatus illustris. principum Ludouici & Ernesti præceptor constitutus, eos Burckhusij literis instituit. Post aliquot annos cum principe Ernesto in Italiam profectus, multas ibi cum principe urbes & antiquitates uidit, & mores hominum indagauit.

gnera exercuit, ut septem artium Magister crearetur. præceptores habuit Iacobum Fabrum Stapulensem, & Iodocum Clithoueam, sicut ipse libro sexto annualium fatetur. Postea in Germaniam rediens, anno 1490 Viennam petijt. quo cũ uenisset, priuatis auditoribus libros aliquot Oratorios & Poéticos (quorum rarum erat) prælegit. Inde Ratisbonam profectus est, atq; cum Andrea Bryms per hyemem ægrotus mansit. Postea in patriam ueniens, per annum ibi mansit. Demum rursus Viennam abijt, atq; cum Conrado Celtes, Ioanne Stabio Mathematico, Ioanne Culpiniano, Velociano Pindero, & Ioachimo Vadiano familiariter uixit. Ex eo loco Cracouiam petijt, & Grammaticam Grecam publicè prælegit. Tandem iterum Ingolstadium ueniens, somnium Scipionis, & Rhetoricam ad Herennium circa annum Christi 1498 magna laude professus est. Scripserat demum post bellum Bavaricum Heroicum carmen gratulatorium, ad Albertum ducem Boiorum, atq; in eo honestam literariam functionem petebat. Itaq; Monacum uocatus illustris. principum Ludouici & Ernesti præceptor constitutus, eos Burckhusij literis instituit. Post aliquot annos cum principe Ernesto in Italiam profectus, multas ibi cum principe urbes & antiquitates uidit, & mores hominum indagauit.